





VIRUM

QUONDAM

MAGNIFICUM,  
PRÆNOBILISSIMUM, EXCELLENTIS-  
SIMUM ATQUE AMPLISSIMUM

B. ADRIAN. STEGERUM,  
SENATUS LIPSIENSIS SENIOREM, CIVITATIS  
CONSULEM, SCABINATUS ASSESSOREM, SCHOLÆ ET  
TEMPLI THOMANI ANTISTITEM UNDIQUA-  
QUE MERITISSIMUM,

MAGNUM PARENTEM  
CUM

MAGNO FILIO,  
VIRO

ILLUSTRI, MAGNIFICO ATQUE EXCEL-  
LENTISSIMO DOMINO,

DOMINO

D. ADRIANO STEGERO,

JCTO CONSUMMATISSIMO, SACRÆ CÆSA-  
REÆ ET CATHOLICÆ MAJESTATIS CONSILIARIO, UT  
ET SACRÆ REGIE MAJESTATI POLON. ET ELECT. SAXON.  
A CONSILIIS AULÆ ET JUSTITIÆ, REIPUBLICÆ LIPSIEN-  
SIS HACTENUS PROCONSULE, ET AD D. PETRI ÆDEM  
ANTISTITE UBIVIS FIDELISSIMO ATQUE  
GRAVISSIMO,

MÆCENATE SUO, OMNI, QUA DECET  
SUBMISSIONE VENERANDO,

COMPARAT,

ATQUE HUIC,

CUM SPLENDIDISSIMAM

C O N S U L I S

IN REPUBLICA LIPSIENSI PROVINCIAM

OMNIBUS APPLAUDENTIBUS BONIS

DIE XXV. AUGUSTI A. O. R. M. DCC. XXL

FELICISSIMIS AUSPICIIS SUSCEPISSET,

DEVOTISSIMIS VERBIS

GRATULATUR

JOHANNES GOTTLIEB ROSE,  
MITTWEIDA-MISNICUS,  
SS. THEOL. CULTOR.

*LIPSIAE,  
LITERIS IMMANUELIS TITII.*

VIRUM

CONFIDAM

MAGNITICUM

PRAEVALVNTI SIC MUNUS AEGEPEVNT  
TVMH TANTU MUNERIBVS

BADRIAN STEGERUM

SINTATIS TRIBUNIS 32ENORVM CIVITATIS  
CONSOLEM SOAVIDATIS ASSISTORVM SCHOLE ET  
TRINITATIS AVENIENS CINDICA

MECUM PATERINTEM

CUM

MAGNO LITO

AERO

MUNIZARIA MAGMAGODA TONI DEXAE

DAMAVANDO DOMANO

OMINO

ADRIANO STEGERO

CONSUETUDINIS SACRIS CASA  
ET CTHONIS AMPLITER ODISSEIANO LI

AKTISITA RIBAIS RIBAIS LITERIS ZED  
GRADIBVS GRADIBVS GRADIBVS

SCENAS QDQD QDQD QDQD

CONTRIBUT

ATONIUS

CUM SPLENDIDISSIMA

CONSULS

IN RIBUNICIA II. IN RIBUNICIA

OMNIBUS TIBI CONSULTIBVS RIBA

ET LIBERIS TIBI CONSULTIBVS RIBA

GRADOTESTATE RIBA

JOHANNIS GOTTFRIED RIBA

MITWORT RIBA

ET CLOTH

ET LIBERIS IMMORTALIBVS RIBA



**F**ortibus & bonis, non solum Poëtæ Venusti (1) effato edocemur, sed multa præterea exempla in Civili pariter atque Literariâ Historiâ curiolorum observationi ultiro se se offerunt idem confirmantia. Hic sepe numero vides Filios paternis vestigiis laudabili modo insitentes, paternasque virtutes ac eruditionem æmulantes, & propterea iisdem, in quibus antea parentes conspiciebantur, honorum fulgentes fastigii. Quemadmodum enim in avibus aquilæ non imbellem progenerant columbam: in quadrupedum genere leones gignunt leonem: & in plantarum regno myrtus myrtum producit: neque uvas dulces squalidis ex agris colligimus, ita multum, quid quod? plurimum valet ad virtutis indolem paternus sanguis, neque facile parentibus splendidis virtutibus multum exornatis geniti natum dediscunt, qui generosæ mentis igniculus inde a luce natalium conceptris, non extingui aut sopiri sinunt. Plurima hujus rei, quantum ad Eruditos spectat, collegit exempla Vir muneri gravitate, ac eruditionis splendore maxime conspicuus Dn. D. Godofredus Ludovicus, SS. Theologiæ Professor, & Gymnasi, quod Coburgi floret, Casimiriani Director celeberrimus, qui (2) ex universo Eruditorum choro *Filos, (Generos & Discipulos)* qui in Patrum suorum (*Socerorum & Preceptorum*) munera successerunt, in scenam produxit. Mihi idem confirmandi argumentum exoptatissimam jam præbet occasionem VIR ILLISTRIS, MAGNIFICUS atque EXCELLENTISSIMUS, DN. D. ADRIANUS STEGERUS, JCTus Consummatisimus, Sacrae Caefareæ & Catholicae Majestatis Consiliarius, ut & Sacrae Regiae Majestati Polon. & Elect. Saxon. a Consiliis Aulæ & Justitiae, Reipublicæ Lipsiensis haec tenus Pro-Consul & ad D. Petri ædem An-

( ) 2

tistes

(1) Carminum Libro IV. Od. 4. v. 29.

(2) in Exercitatione Historico-Morali de hoc argumendo conscripta, Schleusingen 1705. in 4.

tistes undiquaque meritissimus, dum Beatisimi Parentis, MAGNIFICI quondam atq; EXCELLENTISSIMI DN. ADRIANI STEGERI, Viri ob eximias virtutes & splendidissima merita in omnium bonorum animis adhuc viventis, & quamdiu boni superstites erunt, vieturi, quantum virtus coli, eruditio acquiri, prudentia exerceri potest, haec tenus ex ase hæres fuit, jam vero idem quoque gravissimum *Consulatus Lipsiensis munus*, de quo *Beatissimus Paren*s olim immortaliter fuit meritus, humeris suis impositum cum effusissimo totius Reipublicæ plausu videmus. Nec detunt quidem inter Jure Consultorum Filios dignissimi doctissimique Parentum suorum doctissimorum Successores. Quamvis enim Jenensium Professorum Juris Filios plerumque degenerare non ita pridem a malevolis fuerit disminutum; quam ob rem tum quoque Studiosis, Viri aulici, majoris dignitatis filius, cuius Paren, Juris Professor Jenæ extiterat, ad suam ignominiam spectare ratus, gladio cum adversario, calumniam palam repetere ause, decertavit, nihilominus tamen Illustres *Schræteri, Struvii, Muhlfortii, Friesii*, JCtorum Jenensium Filii celeberrimi non solum istam injuriam vivis exemplis refellunt, (3) verum etiamали in locis Jure Consultorum Filii nequam degenerarunt, sed splendidissimi Parentum extitere Successores. Provoco ad *Franciscum Mariam Buccaferrem*, cuius fastigium tantis aëribus fortuna extulit, ut Pater Hieronymus, Buccaferreus, JCtus Italus, in eadem, qua ipse docuit, cathedra, Filium istum Jus publice viderit docentem. (4) Accerso *Ortolphum Fomanum*, qui Anno M DCXX. summan in Jure lauream reportavit, & Professione Historiarum Poëtæisque ante obita A. M DC XXXV. constitutus fuit Professor Juris, Assessor Curiae Provincialis Saxonice, & Scabinatus Ordinarius, qua ipsa munia suis quoque cervicibus sustinuerat Paren Ortolphus Fomannus senior. (5) In cenam produco *Georgium Ludovicum Frælichium*, qui Patre gavifus Conrado, Jurium Licentiato, Advocato Laugingano, & Consiliario Palat. Neoburgico, ipse in eadem dignitate a Principe Palatino Neoburgico, *Philippo Ludovico* confititus, simulque Cancellarius electus est. (6) Offert se mihi *Georgius Im Hoff*, Patricius Norimberga natus, ibidemque Senator, & post alia munera Duumvir electus, quibus munieribus etiam ejus non Paren's solum, sed & Avus atque Proavus olim gavifus sunt. (7) Jungit se huic *Bartholomeus Marchtallerus*, Matthæi Marchtalleri, Ratisbonæ Senatoris & militæ Praefecti Filius, & ipse Senator Militiæque Praefectus. (8) Cygneæ anti-

(3) Referunt hæc ex Dn. D. Gwilemi Hieronymi Brückneri, Juris Professoris Publici Jenensi. Programma te Inaug. d. 19. Junii M. DCC. VII. edito in Novis Literariis Germaniæ M. DCC. VII. Menf. Octobr. p. 378.

(4) Vide Jacobi Phil. Thomafini Elogia, P. II. pag. 120. & ex eodem supra jam laudat Ludovicus Exercitionem allegatam pag. 7.

(5) Vid. M. Joh. Calp. Zeumeri Vitas Professorum Jurium omnium, qui in Illustri Academia Jenensi ab ipsius fundatione ad nostra usque tempora vixerunt, Jenæ edit. A. 1705. pag. 107. & ex eodem Ludovicus Exercit. citat. pag. II.

(6) Vide Frerheri Theatrum Virorum Eruditione Clarorum, P. II. Sect. IV. p. 992.

(7) Videatur Frerherus cit. loco pag. 1150. (8) Idem Frerherus pag. 1159.

antiquissima est *Muhlfortiorum* familia, refertque Zeumerus in vita *Wolfgangi Wertheri Mühlfort*, quam inter ipsius Vitas Professorum Juris in Academia Jenensi legimus, candem quondam Cygneæ Consulatum continua serie per centum & quinquaginta annos prudenter gesisse. (9) Quis dubitabit, in illa plures Filios JCtos Patrum successores deprehendi? Illis annumerandus etiam erit *Johannes Henricus Obrechtus*, qui Prætor Regius Argentorati a Rege Galliarum, & Successor Parentis Illustris, Ulrici Obrechti, Prætoris Regii, Anno M DCC I demortui constitutus fuit. (10) Huc jure suo meritoque spectat *Johannes Georgius Richterus*, Norimbergensis, J. U. D. Reipublicæ Patriæ Consiliarius ac Advocatus, iisdem, quibus Pater, Georgius Richterus defunctus erat, officiis, a Reipublicæ Patriæ Senatusadmotus. (11) Gallia nobis sifist binos *Scævolas Sammarthanos*, Patrem & Filium, & utrosque Consiliarios & Historiographos Regis Galliarum. (12) Eadem exhibet *Petros Segvierios*, pari cognitionis vinculo ligatos, & summo Supremæ Curiæ Parisiensis Praefidis munere gavifos. (13) Succedit *Henricus Stobanus*, qui varia Parentis sui, Johannis, Assessoris Judicij Terrestris, Consulis & Regis Poloniae, Thorunii Burggravi, in patria Thorunio Magistratus officia gesit, cum non solum Scabinus Judicij Civilis, & Assessor Judicij terrestris Culmensis atque Senator, sed & Consul atque Burggravius Regius fuerit constitutus. (14) Idem *Vogeleris* contigit Hamburgi, nam Pater *Nicolaus* ad clavum Reipublicæ sedidit, & Filio *Hieronymo* confulares fasces etiam commissi fuerunt. (15) Et quem latet, inter Jure-Consultos Galliæ seculo superiore inclaruisse duos *Andreas Tiraquellos*, Curiæ Parisiensis Senatores Regios, Patrem liberorum, atque librorum insignium genitorem fecundissimum, & Filium istius Successorem Scriptorumque editorem. (16) Verum haud opus est, plura, quamquam possem, (17) cumulare exempla, cum Inclyla Lipsia illuftrissimum omnique exce-

(9) Vid. D. Ludovici Exercitationem alleg. pag. 18.

(10) Vide *Hamburgische Remarquen*, A. 1702. pag. 45. & D. Ludovici Exercit. pag. 18.

(11) Videatur Memoria Richteriana in Wittenii Memoris JCtorum, pag. 277. it. in Mollerii Homonymosopia, pag. 717. & ex eo D. Ludovici in Exercitatione sua Historico-Morali alleg. pag. 24.

(12) Vid. eadem Ludovici Exercitatio, p. 28.

(13) Ibidem, pag. 29.

(14) Henrici Stobandi Vitam fuse descripsit Melchior Adami in Vitis Germanorum Jure-Consultorum & Politicorum, pag. 408. seqq. ex quo sua defunxit Frererus in Theatro Virorum Eruditioneclarorum, P. I. Sect. IV. pag. 982.

(15) Vide D. Joh. Alberti Fabricii Memorias Hamburgenses edit. Hamburg. Anno 1710. pag. 150. seqq. & imprimis M. Joh. Adolphii Fabricii, Sacerdotis Hamburgensis Elogium in Hieron. Vogelerum, quod ibidem in citra. Fabricii Memoris Hamb. pag. 163. seqq. legitur.

(16) Vide Ludovici Exercit, sepius jam citat. pag. 29.

(17) Possem commemorare binos Molleros, qui Hamburgi Syndicatum optime & felicissime geserunt, de quibus Fabricii Memoris Hamb. pag. 264. pluribus agunt; nec reticerem duos nobilis generis natos ab Osterhaufen, Patrem & Filium, Scholæ Elect. Port. Inspectores, de quibus confer Frererus cit. loc. p. 157. Ex multis alius etiam commemorarem duos Pibrachios, Senatus Tholoiani Presides, de quibus vide Vi- tas Selectas quorundam eruditissimorum ac illuftrium virorum Vratislavie editas A. 1711. p. 31. seqq.

ptione majus nobis jam sifstat. Vedit olim VIRUM MAGNIFICUM & EXCELLENTISSIMUM, ADRIANUM STEGERUM, Seniorem, præter alia munera, de quibus immortaliter meritus est, Consulari toga induitum, eundemque omnium prudentium virorum Phoenicem, publici Consilii Principem, Tutorum Reipublicæ, Musarum Ducem atque Vindicem, & quæ civilium honorum Summa est, Patriæ Patrem, adeoque lumen & decus incomparabile dixit. (18) Sed hodie in eodem culmine maximo cum laetitia affectu cernit *Filium*, VIRUM ILVSTREM & EXCELLENTISSIMUM, DN. D. ADRIANUM STEGERUM, paternarum Virtutum, meritorum, dignitatumque haeredem certissimum, utrumque sibi ipsi sumillimum. Si-  
ve enim nomen, sive animi dotes, sive virtutes, eruditio nem & merita denique species, statim convinceris, *Filium Magnum Magni Parentis* imaginem referre perfectissimam, atque *Hunc in Illo* reviviscere. Uterque *Nomine*, Gentis Stegerianæ fere proprio innotescit. *Parens* gavisus est *Adriani* nomine; eo gaudet etiam *Filius*, quod omnis loco in primo huic statim imponebatur ortu, siquidem Parens filium Gentis Stegerianæ splendorem atque gloriam futurum certo sperans, suo ipsum nomine insigniri voluit. Quantis utrumque animi viribus divina instruxit indulgentia! Ingenium præcox & vegetissimum, judicium acré & rectissimum, memoriam nunquam fallacem, sed semper tenacissimam in *Seniore STEGERO* plurimis sunt admirati, quandoquidem imprimis eximium Memoriae memorabilis exemplum præbuit Viro ob rem litterariam insigni laude conspicuo atque doctissimo Dn. M. Carolo Friderico Pezoldo. (19) Sed qui nostro STEGERO has animi divitias denegare vellet, certe Soli lucem, Stellis splendorem, Igni calorem denegaret. Hadrianus Romanorum Imperator, memoria tam invicta erat, ut etiam locorum minoris nota, fluviorum, militumque singulorum nomina sciret. (20) Certe STEGERUS noſter candem memoria vim possidet, ex ejusdemque sanguine, quæ unquam vidit, audivit, observavit, statim potest deponere. Ad Virtutes quod attinet, in *utroque STEGERO* magnam earum quasi sylvam invenies. Hic autem veniam facile impetrabo, si temporis parendi, viariumque imbecillum memor, nullatenus omnes, (quis enim posset?) sed tantum potiores *utrinque* virtutes enarrare constitui, inter quas tanquam inter fulgidissima fidera Sol, inter pretiosissimas gemmas Adamas, inter grata metalla Aurum, *Pietas* erga DEUM in *utroque STEGERO* nobis conspicienda datur. Venerandus *Senex STEGERUS*, qui illustre suæ pietatis exemplum per omnem vitam dedit, veritati nullo non tempore consentaneum putavit, Pietatem ad omnes res gestaque hominum maxi-  
me

(18) Confer de eo Magnif. Dn. D. Pippigii Memorias Theologorum, p. 1058. it. Magnif. Dn. D. Schmidii Orat. Panegyr. in B. STEGERVM A. 1701. habitam.

(19) in Dissertatione de Memoria Memorabili, Cap. III. §. 14. pag. 30.

(20) Vide Hoffmanni Lexicon Universale, Tom. II. pag. 443.

me conducere, ac præsentis & futuræ vitæ promissionem comitem habere certissimam. Quotquot eum noverunt, eum repurgatam a corruptelis, Lutheri opera, doctrinam solide percepisse, praxi veræ pietatis omnibus viribus studuisse, ei imperterrita constantia adhaesisse, cum impietate perpetuum bellum suscepisse, cœlestia secum cogitasse, DEO cultum publicum publicis sacrisque in coetibus maxima cum animi voluptate præstissemus, precatio[n]es domi statas solennesque, instituisse, atque divinas sanctæ religionis literas diurna nocturnaque manu voluisse confirmant. Rara licet præsenti seculo hæc sit pietas, nihilominus tamen eam cum Parente communem habere FILIUM ILLUSTREM, atque EXCELLENTISSIMUM, eidemque vita sanctimoniae ingenuo ac fine fuso se dedisse, ad liquidum explorata veritas est. Quæras ex eo, quid perfecto Confuli pretiosissimum conciliet ornamen[t]um? Respondebit Pietas. Hæc enim spectatissima virtus, cui cœlestia sunt curæ, tutissimum ad honorum ejus, quod diutius jam concedit, culmen, pandit viam; Hæc studiorum ejus fundamentum posuit; hæc inceptum eorumdem cursum felicissimo successu direxit; hæc ad propositam eum perduxit metam; hæc diligentia ejus ad ardua semper tendenti pulcherriam addidit coronidem. Wittebergensis olim Academiæ Cicero, Augustus Buchnerus Symboli loco usus est: *Unum est necessarium, Pietas: Profecto cui ILLUSTREM STEGERUM novisle contigit, ob pietatem quoque, qua ductus semper animo volvit, ore affirmat, vita exprimit: Unum est necessarium, Pietas: Patrem referre affirmabit. Spirat ejus pietatem Templi Petrini cura, quæ maximus ejus annumeranda venit. Testis est Codex facer ab eo lectionibus creberri mis toties perlectus, ut ad unguem fere memoria illum teneat. Testes sunt preces calidissimæ, quas domi & in templis, quæ cum alias scep sime, tum animam sanctissimo Salvatoris epulo refecturus, maxima cum devotione frequentat, ad DEUM fundit. Testes sunt & extranei & domestici, quorum numero me præter omnem meam expectationem & merita interesse jussit, quibus limpidissimum pietatis speculum se præbet. Ut vero Pietas fundamentum reliquarum virtutum jure suo dicitur: ita quoque STEGERORUM pietatem totus illarum comittatur chorus. Prudentiam desideras? Sectaris Justitiam? Quæris beneficiam? Cupis humanitatem? Vis integratatem? Rogas diligentiam? Urges constantiam in adversis? STEGERUS SENIOR ad vivum omnes expresit, meritoque in Lessu sepulchrali, quo mortem Beatissimi Parentis prosecutus est FILIUS ILLUSTRIS, cecinit:*

*Anchora sacra Domus nostræ, Urbis firma columna,  
Præsidium justis, terror erasque malis.*

Verum ne latum unguem quidem a virtutum tramite, quem Pater olim trivit, Filius fecesit, & quemadmodum jam Candorem atque Integritatem, qua Parentem meritisimum imitatur, deprædicavit supra jam

laudatus Dn. M. Pezoldus (21) ita quod hanc reliquasque virtutes paternas, quarum ex aſſe haeres eſt, quotidie coram intueri mihi fit integrum, inter praeſcipuas felicitatis mea partes reſero. Non enim vulgares & quotidianaſ ſunt ejus virtutes, ſed plane ſingulares; hinc latere in tenebris haud potuerunt, ſed lucidiſſimorum fideſum inſtar emicuerunt. Omnes, quotquot ſunt, quotquot erunt, *Stegeriani nominis* admiratores, laudabunt Prudentiam ſingularem **I L U S T R I S S T E G E R I**, eumque propterea velut alterum Argum (22) ſummis laudibus exornabunt. Quid vero de Iuſtitia, Beneficentia, Humanitate reliquaque feſe innumeris ejus virtutibus commemorem prius, quid deinde, in tanta rerum dicendarum ubertate, qua in omnes partes diſtribuitur mens imbecillis, anceps fane haereo atque incertus. Quid quod? Certe mihi perſuadeo, neminem unquam tanta fuifſe eloquentia, neque tam divino atque incredibili genere dicendi, qui omnes illas Splendidiffimas virtutes, quibus aliis antecedit **I L U S T R I S S T E G E R U S**, non modo augere, aut ornare oratione, ſed enumerare aut conſequi poſlit. Omnes in eum illaſ praedicationes quadrant, quas de Scipione Africano minore Vellejus Paterculus (23) protulit, fuifſe videlicet paternis virtutibus ſimillimum, omnibus togæ doribus ingenique ac ſtudiorum eminentiſſimum ſeculi fui, qui nihil in vita niſi laudandum aut fecerit, aut dixerit, aut ferferit. Idem vero judicium de *utriusque Eruditione* erit faciendum. Singularis illa erat in *Beatisimo Stegero*, nec minor in *Filiouſinam* diutissime! ſuperſtitie. *Hadrianus Turnebus*, Profefſor Regius Parificenſis, verus *Antiquitatis theſaurus ac doctorum velut princeps*, merito Barthio dictus eſt, ſtudiorumque tantus in illo ardor fuit, ut ne nuptiarum quidem die ab illis abſtinuerit. (24) Qui **S T E G E R O S noſtrōs** omnis eruditioſis theſtauroſ vocabit, nequaquam in veritatem impingeſt. Iſtos enim tam in Patria, quam exteris Regionib⁹, quas eo fine adierunt, tan- ta cum industria quæſiverunt, ut veræ ſcientiæ ſolo auro colligendo defu- dantes ſcorias pigritiæ, negligentiæ & voluptatiſ cane pejus ac angue de- testarentur. Hinc *Utriusque* mentem exaſciata Juris universi ſcientia im- plevit; hinc illis aditus ad interiore Philoſophiæ patuit penetralia; hinc ſanctoriſ doctrinæ mysteria *Parenti* tam nota fuerunt, ut variis, eosque ſumma eruditioſe Theologica refertoſ libros conſcribere valuerit, quorum nonnullos prelo commiſſit typographico, melior vero eorum lu- ce

(21) in Dedicatione Tomi X. Miſcellan. Lipſienfum.

(22) Vide *die gelehrtē Famam*, P. XLVI. ex qua aliquot Anagrammata in Illuftrum **ST E G E R U M** hu- apponere lubet. I. Dr. **ADRIANUS STEGER**, per puriſ. Anagr. *Itſ der andre Argus.* II. **ADRI- NUS STEGER**, Juris utriusque Doctoř, Confiliarius Aulicus, Pro-Confil & Antiftes Templi Petri, per puriſ. Anagr. Pro ſalute Patria Lipſienfis curis indeſinenter vigilat: quin Viro totus Cultus fa- crorum cordi eſt. III. **D. ADRIANUS STEGER** per puriſ. Anagr. Re grandia ſludes.

(23) *Historia Romana*, Libro I. Cap. XII.

(24) Vide Hoffmanni Lexicon Universale T. II. pag. 444.

ee publica dignorum pars illud adhuc expectat, (25) *Filiique animum*  
tam firmo tenent vinculo, ut ejusmodi scriptis elaborandis prater tem-  
pus aliis summe necessaris operis impendendum nihil deficiat. Hinc  
excellens in Historicis, Geographicis, Genealogicis reliquisque scientiis  
cognitio, ut omnium in se jam diu converterint admirationem, atque Bi-  
bliothecæ vivæ & ambulantia musea (26) ipsis esse visifuerint. Tantis au-  
tem animi dotibus atque virtutibus infructus, tantaque eruditione pol-  
lens optime certe de Republica merebitur. Et hoc est, de quo in  
STEGERIS Lipsia jamdudum sibi est gratulata. Sive enim chorum,  
five forum lustres, ubique tanquam inter sidera Sol, STEGER O-  
RUM emicant munera, & DEUS Ter Optimus Maximus auctoribus  
illorum tanta semper incrementa dedit, ut ceu indulgentissimi Patres  
Patriæ curiam curare, tanquam experientissimi Hortulanii Tem-  
pla, Hortos istos Supremi Numinis colere, tanquam providissimi Pa-  
ttores gregem suæ fidei & dexteritati summæ commissum pascerre po-  
tuerint. Quanta quæso fide, quanta industria BEATISSIMUS  
STEGERUS circa curam templi Scholæque ad D. Thomam, quibus  
præfuit, est versatus? Quanta dexteritate, quanta prudentia fuit  
conspicuus, si in Curia vel Prætorum exiceret, vel Aedilis munia ad-  
ministraret, vel in Scabiniatu jus diceret, vel denique summum Ur-  
bis in Consulatu gereret regimen? Fuit vere, quod de Tullio Cæsar  
profert, ἀνὴρ λόγιος ναὶ Φιλόπατρος, *Vir disertus & amans patriæ*,  
qui prudentia & curis perpetuis pro salute hujus Urbis & pro vita ci-  
vium, proque universa Republica excubuit, & proinde patriæ civi-  
busque suis domi salutaris, foris semper honorificus fuit: suis charus,  
exteris gratis. Nam etiam remotiora loca, quia fama ejus præcel-  
lens intra angusta spatio contineri haud poterat, MERITA STE-  
GERIANA, eorumque memoriam non tam picturis & marmore,  
quam in animis tenebunt. Nonne vero in huius sui Parentis Optimi  
Merita tanquam speculum oculos direxit *Filius Illustris?* Quod de  
Boleslao III. Rege Poloniarum narrant Historici, qui auream Patris  
effigiem ex collo suo pendente saepius exosculatus esse, & quoties  
memorabile quid vel dicendum vel sufcipiendum, apellasse ita fertur:  
Absit a me, absit, mi Pater, ut quicquam vel loquar vel agam, quod  
Regio tuo nomine non satis dignum videri queat; (27) Idem de

STE-

(25) Merito igitur a Magnifice Dn. D. Pippinio, Politico-Theologo annumeratur in Appendix Sacri  
Decadum Septenarii, usque annumerandus est, quos collegit Autor des beschäftigten Secretarii VI.  
Expedit. p. 978. seqq. & XII. Exped. p. 118. seqq.

(26) Titulo Bibliothecæ vivæ & ambulantibus Mulæ Longino Rhetori olim dato dignatus est Philippus  
pūn Beroaldum Picus Mirandulanus, testis Vossio in Instit. Orat. Lib. IV. p. 97.

(27) Vide Clarissimi Hübneri *Historische Fragen*, P. IV. pag. 49.

STEGER O nostro affirmare possum. Parentis iste prudentiam intuetur ad consilium; mores deligit ad integratatem, totam vitam sibi proponit ad exemplum. Quid igitur mirum, quod Respublica Lipsiensum florentissima, quem sibi natum, sibi educatum, noverat, sibi quoque in Præsidium, decus ornamentumque asserit, inque summa & splendidissima vult conspicere dignitate? Plurima jamdudum Prudentiæ, Sagacitatis & Industriæ Patriæ sua charissimæ exhibuit specimina. Aedesque Petrina, quæ ut ex ruderibus surgeret & in Templum Spiritus Sancti divinis honoribus & cultibus dicatum inauguraetur, providæ ejus curæ maximas refert gratias, & Curia Civitatis excelsa, in qua Senatoriam, Aedilitiam, & Pro-Confularem gerens dignitatem, omnibus animi corporisque viribus Reipublicæ prospererit commodis, testimonia *meritorum suorum* ferunt omni fide dignissima. Quemadmodum autem hac ratione ne ovum ovo quidem similius esse poterit, quam Stegero Parenti, Stegerus Filius? ita par erat, cundem ad clavum Reipublicæ vocare, humerisque ejus onus Consulatus gravissimum, huic maxime paribus, tanquam alteri Atlanti imponere. Merita ipsius SUMMI PRINCIPIES optimè norunt, eundemque tam Augustissimus Imperator quam Serenissimus Sarmatarum Rex & Saxonia Elector ex diurno jam temporis tractu a consiliis voluerunt esse; quidni & in Patriæ fastigium summum ascendere, & splendore suo universam Civitatem illuстрare debuisset? Et hæc dignitas est, ILLUSTRIS & EXCELLENTISSIME STEGERE, Macenas maxime, quæ hodierno die TIBI confertur. Plaudet ideo tota, qua patet, Civitas, Gaudet Curia, in lætitiam effundunt Cives, Gratulantur Amici, prosperissimum Regimen optant Clientes. His etiam me jungere, calidissimis illorum votis preces meas addere, & inter Solemnia hæc splendidissima lætitia palmas sternere, osque meum in piis gratulationes & gaudia refolvere, ratio & fas dicitant. Gravissima profecto hodie humeris TUIS imponitur moles, arduumque munus ad Reipublicæ clavum sedendi TUÆ fidei atque dexteritati committitur. *Quanta enim molis est, inquit elegantissimus Scriptor, Justus Lipsius, (28) ab uno capite, vel etiam a paucis, tot capita coerceri, & universam illam multitudinem, inquietam, discordem, turbidam leniter redigi sub communе obedientia jugum?* Deorum titulo in ipsa sacra pagina (29) Magistratum insigniri, quis est, quem lateat? Quam Gellius Noctibus suis Atticis epigraphen imposuit: *Introite, nam & hic*

(28) in Praelectione Politicorum, five Civilis Doctrinæ Libris, de quibus honorificum Morhofii judicium extat Polyhilt. Lit. I. l. Cap. XXII. pag. 264. 265. præmissa.

(29) Conf. Exod. XXI, 6. Ps. LXXXII, 6.

bis Diu sunt; omnibus Curiis cæterisque, ubi Magistratus colligitur, locis meretur inscribi. Verum quid gravius, quid onustius, quid difficilius est, quam DEI munere in terris fungi? In *Johannem Taurerum*, Theologorum Argentinensem, cum solus Philosophiaæ Magister Tubingæ A. M D C XIV. die Januarii trigesimo renunciaretur, non nemo sic cecinit: *Mille Magistrorum hic vim vicemque gerit*, (30) Si verba ea leviter immutare integrum est, non dubito dicere, quod *civium mille Magistratus*, & *principue Consul vim vicemque gerat*, quod judicium hominis in adulationem composti videri forsitan posset, nisi adhuc esset intra verba populi Judaici unum Davidem cum decem subditorum milibus comparantis. (31) Talem vero in TE quoque veneramur, VIR ILL USTRIS, Vicarium DEI, TU, quod nullus inficias ire audebit, omnium civium vimque vicemque geris, cur non & TE honoremus magnique faciamus? Cur non TIBI Gratiam coelestem Viresque oneri pares a DEO quæramus? Hadriani VI. Pontificis Romani Encomiasten atro quidam carbone notavit, quod laudes ejus deprædicans, solius Patriæ Lovanii, quod plantaverit, solius Academiae, bonarum artium mercaturæ, Trajeti, quod irrigaverit, solius Cæsaris Caroli V. qui incrementa dederit, nullius vero DEI, Originis & fontis omnium bonorum nunquam exhauriendi, fecerit mentionem, addito Scommate: Hic DEUS nihil fecit. (32) Quilibet agnoscit, admiratur, æstimat, quæ natura in TE, VIR ILL USTRIS, bona plantavit, quæ Parentes beatissimi, Præceptores Optimi, Diligentia indefessa, Patroni summi irrigando hortum animæ TUÆ proficerunt; Imprimis tamen Gratiae divinae, quæ coronidem operi bono imposuit; grates agunt maximas. Quam ob rem & eandem hodie ardentissimis precibus imploro, quo TUIS consiliis saluberrimis imposterum, uti haçtenus, adesse, TUOS ausus salutem Reipublicæ respicientes fortunare, TUOS labores maxime arduos levare, TUAS copta saluberrima ad finem exoptatissimum perducere, TEque in emolumentum Ecclesie, columnæ Reipublicæ, splendorem Domus Illustris, auxilium Liberiorum Spem optimam prodentum, refugium Clientum, mei ipsius, quam tanto adjutorio indignissimi, patrocinium, & ut uno verbo exprimam: Totius Civitatis & universæ Regionis Decus singulare, conservare velit. Natali quinquagesimo quinto, Potentissimi quondam

(30) Refert rem Clarissimus Thomas Crenius Animadverzionum Philologicarum & Historiarum & ex eo Novorum Literariorum Germanicæ collectores A. 1706, p. 253.

(31) Conf. 2. Sam. XVIII. 3.

(32) Vid. Joh. Leti Histor. Universalis, pag. 362. & ex eo Misander in Delic. Evangel. Tom. VIII. pag. 1106. it. Ziegleri Schäuplatz der Zeit P. II. pag. 1134.

dam Clementissimique Danorum ac Norvegorum Regis Christiani V.  
auspiciis Illustrissimi Comitis Güttenlovi Senioris, nummus aureus  
signatus dicatusque est, effigiem Regis exhibens, cum inscriptione:  
**UTINAM NON POSSET MORI.** Inferius additum:  
clo loc xcix. 15. April. Averso latere Pietas aræ adstabat, accenso  
igne vinalibans, cum epigraphe: **HÆC CURA HOC VOTUM.**  
(33) Si quid optarem, **VIR ILLISTRIS**, hoc etiam  
meum votum esset perpetuum: **UTINAM STEGERUS,**  
**MÆCENAS MEUS, NON POSSET MORI.** Cum vero hoc vo-  
tum ventis loquerer incassum, hoc saltem opto, ut, qualem Virum  
olim in Beatisimo Parente TUO habuit Lipsia, talem etiam in TE  
tanquam in novo Phœnice, & fausto Paterni nominis propagatore  
habeat. Quod enim TU, **VIR ILLISTRIS**, jamjam in ma-  
gno Parente TUO vivas, rectissime judicat, TIBI que, ut ejus an-  
nos non solum attingas, verum Nestoris quoque ad instar longe su-  
pergrediaris, precatur, atque **STEGEROS** in sera posteritate  
se visurum esse certissime **ILLISTRIS NOMINIS TUI** cultor  
atque servus, Rosius, praestolatur. Dabam Lipsiæ d. 25.  
Augusti. M. DCC. XXI.

---

(33) Vide Pro-Rectoris Universit. Lipsiens. Programma Funerale ad D. Joh. Christiani Schambergi  
exequias invitans, edit. A. 1706.



78 M 496



TA-DO

K018

b7



VIRUM  
QUONDAM  
MAGNIFICUM,  
PRÆNOBILISSIMUM, EXCELLENTIS-  
SIMUM ATQUE AMPLISSIMUM

B. ADRIAN. STEGERUM,  
SENATUS LIPSIENSIS SENIOREM, CIVITATIS  
CONSULEM, SCABINATUS ASSESSOREM, SCHOLÆ ET  
TEMPLI THOMANI ANTISTITEM UNDIQUA-  
QUE MERITISSIMUM,  
MAGNUM PARENTEM  
CUM  
MAGNO FILIO,

ILLUSTRI,  
LE QUE EXCEL-  
MINO,

D. ADR  
JC TO CONSUL  
REÆ ET CATH  
ET SACRÆ REG  
A CONSILIIS A  
SIS HACTENUS  
ANTISTITI

O  
TEGERO,  
SACRÆ CÆSA-  
S CONSILIARIO, UT  
IN. ET ELECT. SAXON.  
REPUBLICÆ LIPSIEN-  
AD D. PETRI ÆDEM  
SIMO ATQUE

MÆCENA  
SUB QUADECET  
RANDO,

C  
IN REP  
OM  
L  
FELICI

IMAM  
L I S  
PROVINCIAM  
US BONIS  
DCC. XXI.  
USCEPISSET,  
ERBIS

JOHAI  
IEB ROSE,  
CUS,

TITII.

